



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

V. An Regulares exempti, generaliter subsint Episcopis ratione delicti,  
contractûs, aut rei sitæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38315**

test, an Religiosi in locis, ubi viget etiam  
 usus Calendarii Julianæ, compelli possint ab  
 Episcopis, ad conformandum se huic usui? ubi

60. R. affirmativè, cum in eiusmodi locis, quantum ad Catholicos, Calendarii Gregoriani exclusio non ab iniquo erga supremum Ecclesiæ præsidem affectu profluxerit; sed ob majus bonum cedendum fuerit necessitati; ac proinde Episcopis liceat Regulares compellere, ut locorum ejusmodi morem observent c. *Illæ*. II. dist. 12.

CAPUT V.

An Regulares exempti, generaliter subint Episcopis ratione delicti, contractus, aut rei sicæ?

61. *Dua species exemptionum.*

62. *Intellectus c. volentes. 1. de privil. in 6.*

61. **E**xemptionis duæ sunt species: una est indefinita ac generalis, dicente

cente Papâ: *Tales eximimus ab ordinari-  
riorum omnimoda potestate.* Et hæc  
propositis tribus casibus minimè pro-  
cit ad exemptum Episcopali iudicio sul-  
trahendum *c. Volentes 1. de privil. in 1.*  
Altera concedi solet à Papa cum expre-  
sione specifica commissi delicti, con-  
tractûs initi, aut rei litigiosæ existen-  
tis etiam in loco non exempto, de quo  
ob clarum Privilegii tenorem, dubium  
esse non potest, quin tali exemptione  
munitos etiam in his casibus eximat.

62. Quinàm verò Regulares hæc se-  
cundâ exemptione fruantur, ex privile-  
giis ipsis ac eorum usu videndum est, ni-  
hil ejusmodi Religionibus vel Regula-  
ribus præjudicante *c. Volentes. cit.* cum  
de prima solùm exemptione dubitatum  
potuerit, eamque declaraturus in Con-  
cilio generali Lugdunensi Innocentius  
IV. ejusdem capituli Author expressè  
protestetur velle se, libertatem, non  
nullis ab Apostolica sede privilegio ex-  
emptionis indultam, ita observari in-  
tegram

tegram, ut & illam alii non infringant; & ipsi ejus limites non excedant. Quamquam non ignorem, Regulares non nullos privilegiis suis specialiter inseri curâsse clausulam derogatoriam dictæ Constitutionis Innocentii IV. quæ propterea videri posset etiam ad alteram speciem exemptionis extendi.

CAPUT VI.

Quid de salario causæ agitatæ coram Episcopo?

63. *Regularis exemptus propter continentiam & connexitatem causæ conveniri potest coram Episcopo locali.*

63. **T**Ametsi Regula sit, Reum conveniendum esse coram proprio Judice, qualis non est Episcopus respectu Regularis exempti: fieri tamen quandoque potest, ut propter connexitatem & continentiam causarum Episcopus exemptorum Judex esse possit, quemadmodum in hoc casu, ratione  
Sala-